



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Serapione Archidiacono, & sancta Olympiade, & quo modo Iohannem
Chrysostomum nonnulli conuitiis prociderint, ac morosum & iracundum
apellarint. Capvt IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

SOZOMENI HISTOR.

ita perseverarūt : Iohannes ergo ex his & ex concionibus ecclesiasticis apud populum sui amorem adaugebat, apud potentes verò & clericos ex libertate linguę qua aduersus eos utebatur, augebat odium : Hos enim quoties delinquentes cerneret corripiebat, illos opibus, impietate, & voluptatibus inhonestis deprauatos ad virtutē reducebat.

*De Serapione Archidiacono, & sancta Olympiade, & quo modo Iohannem Chryso-
stomum nonnulli conuitiis prociderint, ac
morosum & iracundum appellarint.*

CAPVT IX.

INimicitias autem clericorū aduersus ipsum auxit Serapion, quem sibi Archidiaconum constituerat, homo Aegyptius propensus ad iram, ad contumeliā pronus. Non minimè autem admonitio eius ad Olympiadem facta. Hanc enim, cum genere esset nobilissima, quamuis iuuenulam, ex quo vidua facta erat, quia ex prescripto ecclesię egregiè philosopharetur, in ministram Nectarius ordinarat: Animaduertens igitur Iohannes eā patrimoniū suum petentibus profundere, & cæteris cōtēptis tantummodo curare diuina, laudo inquit propositum tuum. Sed bonum dispensatorem rerum suarū oportet esse eum, qui coram Deo summam virtutem consequi studet. Tu verò dum opulentis opes accumulās, haud aliter facis ac si in mare profunderes tua. An ignoras quòd ob amorem Dei sponte tua profunderes tua facultates tuas egentibus deuouisti, quodque ijs dispēsatrix opposita sis, qui pecunijs inhiant dominationis tuę, & rationibus reddendis adstricta tenearis? Si ergo mihi obtemperes, pro necessitate petentium in populo moderaberis largitionem tuam: hoc enim pacto pluribus gratificaberis, & misericordiam ac promptissimam benevolentiam coram Deo consequeris: Fuit autem illi & cum monachis plerisq; nonnulla similitas & maxime cum Isaacio: Etenim eos, qui in monasteriis suis modeste conquiescerent, atque ita philosopharentur magnificè laudabat, utque à nemine læderentur, haberentq;

habentque necessaria, sollicitè procurabat: At si quando foras egrederentur, ac per urbem conspicerentur, tum eos, quasi philosophiam suam dedecore afficerent, conuiuiis profcindebat, & ad sua repellebat: Ex huiusmodi igitur causis tum clerici tum monachi multi ab eo sunt abalienati, ac morosum & iracundum & sæuum & arrogantem appellarunt: Quin & vitam eius apud populum traducere ceperunt, coque argumento se vera dicere illi persuadere, quòd is neque ad mensam suam quehquam vocaret, neque ad conuiuium vocatus quoquam iret: Cuius quidem facti ego causam aliam reddere non possum, quàm eam, quam sciscitanti mihi vir quidam minimè (vt opinor) mendax expediuit: videlicet, quòd ob assiduam studiū xē capite & ventriculi orificio plerūq; laboraret, ac proinde ab huiusmodi conuiuiorū societatibus abhorreret. Sed istū interim hinc maximas aduersus ipsum calūnias struebant.

De Seueriano Gabalensi & Antiocho Ptolemaidis & quæ inter Seuerianum ac Serapionem acta fuerint, & quo modo per Imperatricem res inter eos composita fuerit. CAPVT X.

Svorta autem illi quædam odij causa fuit, etiam apud coniugem Imperatoris ob Seuerianum Gabalorum Syriæ Episcopū. Etenim & hic ipse & Antiochus Episcopus Ptolemaidis (ea ciuitas est Phœnicia) eadem memoria clari, & ad docendum in ecclesia idonei extiterunt: Sed hic expedite & perquam clarè dicebat, hic vt à nonnullis Chrysofomos, hoc est, aurei oris homo nominaretur. Seuerianus verò tamen sententiis & scripturarum testimoniis præstātor habitus, asperitatē tamē Syrorū lingua representabat: Antiochus igitur cum prior Cōstantinopolim venisset, dicēdo laudē cōsecutus est, ac pecuniis collectis ad ciuitatē suam rediit: Ad huius imitationē & Seuerianus postea veniens, & beneuolū fortē Iohannē natus cū frequēter in ecclesia cōcionaretur, in admiratione & honore erat, & authoritate pollebat, ipsiq; Imperatori
arq;e